





APHORISMOS  
DE  
COGNOSCENDIS ET CVRANDIS  
MVLIERVM MORBIS

A V S P I C E D I V I N O N V M I N E

EX DECRETO

G R A T I O S A E F A C V L T A T I S M E D I C A E

S V B D E C A N A T V

C A R O L I A V G V S T I D E B E R G E N

M E D . D O C T . E T P R O F . P V E L . O R D . E I V S D . F A C . h . t . D E C A N I

H E R E D I T A R I I I N R O S E N G A R T E N

P R O G R A D V D O C T O R I S

S V M M I S Q V E I N M E D I C I N A H O N O R I B V S E T P R I V I L E G I I S

L E G I T I M E I M P E T R A N D I S

S P E C I M I N I S I N A V G V R A L I S L O C O

S I S T I T A B S E N S

I O H A N N E S A N D R E A S R I C H T E R

M O S C O V I O - L V S A T V S

M E D I C I N A E P R A T I C V S D R E S D E N S I S .

---

F R A N C O F V R T I A D V I A D R V M D . X X . S E P T . M D C C L I I .

---




---

T Y P I S I O H A N N I S C H R I S T I A N I W I N T E R I , A C A D . R E G . T Y P O G R .

YPHORISMO

COCOGESCHENKE ET CARMIS

YATHELYM HOBUS



Q. F. F. Q. S.  
APHORISMI  
DE  
COGNOSCENDIS ET CVRANDIS  
MORBIS MVLIERVM.

I.



ulieris appellationem varium apud grammaticos sensum habere, res nota est; aliquando enim de pueris, nonnunquam de virginibus nubibus, interdum de uxori- bus usurpari solet, nos eo sensu accipi cipi- sumus, uti communiter de sexu dicitur, et omnem æta- tam, ac conditionem ejus comple&tetur.

2. Præsupposita morbi cuiusvis conditione, quæ motu- um et actionum læsiones supponit, per morbos mulierum, non solum virginum, sed et seminarum uxoratarum, gra- vidarum, puerperarum, viduarum, adfectus intelligimus, et nostros in hoc specimine facimus.

A 2

2. Mor-

3. Morbi mulierum ad unum omnes huic sexui *proprietatis* sunt, et dependent quam maxime a mensium, conceptionis, graviditatis, puerperii, et lactationis negotio. Congruos ex his causis non natos, et feminis praे viris familiares, vix ac ne vix novimus.

4. Secundum hanc muliebrium affectuum originem, duo morborum genera constituimus, sub primo morbos virginum et mulierum communes, sub altero uxoratarum morbos illustraturi.

5. Sub morbis virginum et mulierum communibus (4.) enarrabimus vitia mensium et morbos ab horum turbato negotio natos.

6. Sub morbis uxoratarum recensemus affectus gravidarum, puerperii, nec non ægritudines mulierum, extra graviditatem et puerperium viventium.



## MEMBRVM I.

DE

### MORBIS MENSTRVI SANGVINIS FLVXVS.

7. Ex lata naturæ lege mulieres eo tempore, quo ipsorum corpus ad incrementum suum pervenit, plus solent confidere sanguinis, quam qui vasis suis contineri queat, atque hinc ipsis cuiusvis mensis spatio sincerus ex genitalibus manat sanguis, purgationis menstruae seu sanguinis menstrui nomine.

8. Periodum hic fluxus communiter exorditur circa finem secundi, aut initium terii septenarii, absolvitque septimo.

9. Inevitabilis temperamenti, vitae generis, dispositio-  
nis hereditariae, climatum, in tot individuis dispar efficit  
ratio, ut æque in his periodis (8.), quam in quantitate,  
qua-

qualitate, et duratione fluxus, perpetua occurrat diversitas.

10. In gravidis et lactantibus ordinarie supprimuntur menses, neque tamen hic datur regula sine exceptione.

11. Signa erumpentium mensium, in nondum purgatis puellis sunt praecipue dolor, aestus ad lumbos coxaque, et partes vicinas, appetitus remissio, crurum laetitudo, nausea saepe, et langor sub ipso fluxu. Dudum menstruatibus autem pleraque haec symptomata mitescunt.

12. Genuinae causae adsignatio ab omni tempore Medicorum torsit ingenia, aliis lunam, aliis fermentum quoddam sanguinis orgasmum provocans, aliis plethoram hic accusantibus.

13. Nos vi canonis: unius positionem non esse alterius exclusionem, sic potius statuimus, plethoram in vasis corporis muliebris efficientem, lunae in sublunaria imperium, per tot alia phænomena comprobatum occasionalem hujus fluxus causam constituere, finalē in eo latere, ut mulieres ad concipiendum aptiores reddat, et foeti nutrimentum preebeat. Qui quippe causarum nexus ex intimiori scrutinio fabricæ laxioris in solidis, abundantiae in fluidis, consistentiæ succosæ matricis, debilioris perspirationis ac in viris, temperamenti humidioris, vitæ domi aetæ et laboribus minus exercitæ, sat superque patet.

14. Vitæ genus, dispositio hereditaria, errores diaetae, peruersus sex rerum non naturalium usus, hunc fluxum mille modis alterare, atque sic omnes menstrui negotii anomalias, emanationem, difficultatem, parcum fluxum, suppressionem vel obstruktionem, irregularē fluxum, nimium fluxum, excretionem per aliena loca, et cessationis mensum pathemata procreare solent.

15. *Emanatio mensum* dicitur, si quando puellæ transgresso termino naturali (8.) non fiunt menstruae. Differt a sup-

A s

pref

pressione mensium actu jam olim fluentium, nec non, ab eorundem cessatione.

16. Emansionis causæ remotæ et prædisponentes sunt parentes hæmorrhoidarii, arthritici, nephriticæ, parsimonia potus, antecedentium annorum longa consuetudo excretionis sanguinis per nares, pulmones etc. quibus omnibus præpeditur, quo minus sanguinis motus suo tempore ruat ad pelvem, ejusque vasa successiva expansione relaxet. Tandem præcedentibus excretionibus suppressis, sanguinis spissitudo supervenit et morbum confirmatum reddit.

17. Proximi emansionis (15.) effectus sunt anxietas præcordiorum, respiratio difficultas, palpitationes, phlogosæ. Destructa autem sanguinis crassi, cachexia, œdemata, hydrops, interitum machinæ portendunt.

18. Sanguine in quantitate duntaxat peccante, venæfætio, quam alii evacuatorio scopo, plenilunii tempore in brachio, derivatorio vero, durante novilunio in pede instituunt, necessaria est. Eodem tempore, topica emollientia, ex fomentis, infusib; pudendis adplicata, nec non pediluvia convenientia ad referanda uteri vasa conducunt.

19. Culpata spissitudine et crassi sanguinis, resolventia, attenuantia, aperientia, ex ligno Sassafras, rad. Ari, Helenii, Cal. arom. fol. Sen. sine stip. Rhab. herbis Cent. min. Hyssop. sclareæ etc. sub forma infusi primum locum tenent, quibus præmissis venæfætio in pede versus novilunium substituatur, sub junctis simul moderatis emmenagogis ex pil. Becherianis, Stahlianis, nec non Elix. propr. f. acid. Eff. Myrrhæ, Arist. rot. Cast. etc. donec dolores coxae et lumborum, fluxuros indicent menses, ulterius per admista martialia promovendos.

20. Menses dolorifici, aut difficulter fluentes dicuntur, quandoquidem statis periodis fluunt, sed non citra prægressa et

et concomitantia symptomata, ut capitis dolores, præcordiorum anxietates, palpitationes, dolores colicos, et parturientium similes, pedum tumores; quæ cuncta sub fluxu remittunt, aut cum remissione continuant, donec desistente fluxu prorsus evanescant.

21. Labes hereditaria, ex parentibus hæmorrhoidariis, arthriticis, hysterics, hypochondriacis, hic omnino culpanda, nisi obstent externæ quaedam causæ, ut errores diætæ, venæsecchio præpostere instituta etc. sibi relietus affectus totalem mensium suppressionem, et symptomata hysteria habet pedissequa.

22. Cura quodammodo congruit cum curatione emanationis mensium (18. 19.) neglecta scilicet aut etiam præmissa venæsecchio, pro ratione plethora, fatus emollientes, et lenia emmenagoga, versus instantem fluxum in usum vocantur, eo autem subsecente, ad leniendos dolores, expediendasque vias, iteratus haustus olei amygdalarum dulcium, cum syrupo viol. mira hic saepe præsttit.

23. *Parcus mensium fluxus* recte confunditur cum priori affectu, (20.), si contingit in primum menstruatis, differt autem, si olim bene menstruæ fuerint, quo in casu totalis suppressionis prodromus est. Curatur itaque partim *ex capite mensium* difficulter fluentium (20.) partim *suppressionum* vel *obstructorum*.

24. *Mensum suppressio* vel *obstrutio* est menstrui fluxus, cessatio ante terminum naturalem. Cause remotæ sunt animi moeror, errores diætæ, adstringentium abusus, morbi prægressi. Proximiores, et quæ non raro sub ipso fluxu subitaneum effectum edunt, sunt inopinatus terror, refrigratio partium inferiorum, placentarum calidarum eius etc.

25. Signa nuper obstructorum mensium, sunt ambigua et in suspicione illicitæ veneris, cum signis graviditatis saepe confunduntur, traxi tamen temporis, quid veri falsique

suh-

ubsit cognoscitur. In malo confirmato pallidus color, repiratio difficilis, lassitudo corporis, chachexiam prænuntiant.

26. In mensium suppressione a plethora et orgasmo sanguinis, venæ fætio in pede verius instantem periodum, pulveresque nitrosi, temperantes, non neglectis convenientibus pediluviis, balneis, infessibus etc. locum habent. In eodem morbo a sanguinis lentore præmisitis purgantibus supra laudata infusa (19.) commendantur. In casu suppressorum mensium ab oïdis et calidis placentis, ante omnia vomitorium requiritur, cui purgantia substituuntur, siue dolores lumborum verius periodum adsunt, dandæ sunt mixturae pellentes emmenagogæ. In adfœtu inveterato cura per quam difficilis est, dum plerumque hecticus aut chacheticus complicatur status; Cl. FVLLERV斯 tamen pilulas suas benedictas, tanquam fidissimum remedium laudat in mensibus restituendis, si nempe per longam temporis moram in usum vocantur.

27. In diæta, feminis hoc mensium defectu laborantibus præscribitur sufficiens potus et motus, ipsisque injungitur, ut caveant sedulo a vehementibus animi adfœctibus, aut corporis refrigeratione.

28. *Irregularis mensium fluxus* vocatur, si menses statam periodum non observant, sed nunc anticipando, nunc postponendo, nunc vase comparendo, incedunt. Qui adfœtus, si cum notabili sanguinis excreti imminutione contingit, plenariae suppressionis (24.) signum est, si vero in quantitate nihil desideratur, immo successivis recursibus, plus excernitur, quam olim, hæmorrhagiam uterinam instare docet.

29. In vago mensium fluxu cum excretione imminuta, causæ sunt eadem cum iis quæ plenariam suppressionem (24.) producunt. Quævis autem hujus fluxus irregularitas, ubi quantitas sanguinis excreti successive increscit, similes pro-

propemodum, cum hæmorrhagia uterina agnoscit causas. Frequenter hæc species irregularitatis in feminis ad septimum septenarium accendentibus occurrit, ceu plenariae cessationis mensium propediem secuturæ prodromus.

30. In curatione primæ speciei fluxus erratici (28.) profund ea, quæ in difficulti mensium proruptione (22.) commendata sunt, non neglectis infusis vinosis, emmenagogis et laxantibus.

31. In secundo casu (29.) a quibusvis emmenagogis impetuosioribus, aut actu adstringentibus, aut venæfæctione in superioribus absinendum est, nihilque nisi pulveres temperantes, nitrosi, cinnabarini, cum sufficienti corporis motu, et tenui potu ordinandi sunt.

32. *Fluxus menstruorum nimius*, aestimandus est vel a duratione, vel ab impeu et quantitate profusi cruaris, vel a termini ordinarii repetitione insueta, si quando singulis mensibus bis terve recurrat, quo triplici in casu, nimius audit, si vires plus justo atterit, sin minus, largus duntaxat vocandus.

33. Differt ab hæmorrhagiâ uteri, quæ nullo respectu ad periodos a natura præscriptas, quovis tempore continet. Causæ sunt vasorum, ipsiusque uteri laxitas, et ad constrictionem spontaneam ineptitudo. Adultiores feminas, imprimis circa cessationis terminum (29.) frequenter vexat, raro vero juniores, unde quæ conqueruntur, de his justa suspicio est, ipsas clanculum pellentia, ob alias merito reticendas causas adhibuisse. Proximi hujus excedentis fluxus effectus sunt, virium lapsus, inappetentia, pedum tumores, tandem cachexia, hydrops.

34. In therapia hujus adfectus, venæ sectio in brachio revulsorio scopo institui potest, nec nocet consilium Cel. ET M VLLERI, qui vult, ut sanguis partitis vicibus egrediatur, digito percuties vulneri imposito. Postea per longum temporis spatium pulveres et potionis tonicae, tem-

B

pe-

perantes ordinentur. Pro potu sit Apozema D. HAMILTONI ex corticibus aurantior. in aqua coctis, et sacharo edulcoratis. Circa finem curae, mixturæ modice roborentes, ex ess. millef. cort. aurant. tinct. papav. corall. tinct. vitr. mart. tartar. Lud. suo non destituuntur effectu.

35. Quandoque, licet rarius, excreti menses male olent, cum naturaliter sanguis menstruus omnis odoris expers esse debeat, nisi cum RIVERIO summæ curiositatis viro sentire velimus, qui nares tam prope admovit, ut odorem calendulae in eo detexerit. Hic adfectus, qui apud praticos sub nomine *fætoris mensium* innotuit, si cum reliquarum functionum integritate contingit, videtur esse, actus naturæ criticus, isti haud ab similis si quando pedes male olent, atque proin non temere corrigendum.

36. *Mensum excretio per aliena loca*, ordinarie fit, suppresso fluxu ordinario, aliquando per narres, aures, oculos, gingivas, umbilicum, aliaque insueta loca. Surrogari in mensium ordinarium fluxum, ex menstrua, qua contingit periodo aestimatur.

37. In cura consultum erit, aberrantes tales naturæ motus ad vias solitas reducere, et obstructa sine dubio vasa uterina recludere, quem in finem post venæ sectionem in pede, paucis ante monstruosam ejusmodi excretionem diebus institutam, convenientia emmenagoga interna, fatus, et infessus emollientes, conjunctim, et quidem iterato ordinanda sunt.

38. *Cessatio mensum* ceu actus statui naturali conformis proprie morbus non est. At cum raro, vel nunquam, sine magnis sanitatis incommodis valedicant menses, symptoma quæ cessationem antecedunt, vel sequuntur, fatiscenti huic fluxui merito sunt adscribenda.

39. Pathemata, quæ cessationem praeeunt, sunt irregularis mensium fluxus, cum notabili sanguinis jactura (29.) aut actuales hæmorrhagiæ uterinæ; quæ vero sequuntur, de trans-

translatoriis motibus sanguinis testantur, ut sunt cephalalgiae, vertigines, scotomia, hæmaphlysis, melancholia, passio hysterica, hæmorrhoides etc.

40. Pathematum præcedentium (39.) causæ in vasis ute-  
rinis, impulsu sanguinis menstrui nimis resistentibus quæ-  
rendæ sunt, quæ ob multoties emersum sanguinem, cal-  
losas quasi cicatrices formant, omnem sanguinis exitum  
præcludentes. Causas autem tot inde nascentium turbarum  
et læsarum actionum quærentibus, respondemus, has omnes  
vigoris viscerum, hæmatopoeiæ famulantium adscribendas  
esse, quæ quippe in eo vitæ termino, quo menses valedi-  
cunt, eandem sanguinis copiam præparant, quam olim,  
unde redundans sanguinis portio, quæ utero purgari ne-  
quit, partes dissitas, totumque corpus, motibus suis transla-  
toriis petit, omnesque has tragœdias ludit.

41. In therapia horum adfectuum, Medicum [prima-  
rio plethoram minuere oportet, quare venæ sectio in pe-  
de, bis sæpe intra semestre spatiū repetita levamen ad-  
fert. Quodsi vero nihilo secus motus spasmодici partium,  
et congestiori sangvinis turbas hinc inde creant, clysteres,  
et laxantia, nec non pulverum temperantium usus, præ-  
fentis valetudinis statum tolerabilem reddunt.

## MEMBRVM II.

DE

### MORBIS A VITIIS MENSTRVIFLVXVS DERIVANDIS.

42. **C**hlorosis, iderū albus, febris virginæ vel amatoria,  
est species cachexiæ, virginibus, nondum fluxum  
menstruum expertis, vel viduis, et uxoratis, extra con-  
fortium viri viventibus, et omnibus quibus menses parce,  
aut irregulariter fluunt, familiaris. Non est confundenda

B 2

cum

cum chachexia mulierum, ut pulrimum diuturnæ suppressionis catameniorum effectu.

43. Pallidus et foedus faciei color, sistit palpebras tumentes, circulos subcœruleos, labiorum pallorem singularem. Ad sunt præterea pedes tumidi, in primis circa malleolos, gravitas totius corporis, et crurum tensiva lassitudo, cordis palpitatio a motu levissimo, respiratio difficultis, pulsus varius, appetitus prostratus, perpetua in somnum proclivitas. Crescente morbo sequuntur vomitus matutini, inanes, febricula lenta, phlogoses, quibus profundas adeo agit radices, ut temporis progressu, vel vomitum cruentum, vel hæmophthysis post se trahat, quæ in tenerioribus phthisin, in succulentioribus cachexiam et hydropem relinquent.

44. Nullum est dubium, mensum procrastinatam eruptiōnem (25), in virginibus, parcum eorundem fluxum (23) in uxoratis sanguinis crasis alterare, eumque spissum reddere, unde se et excretiones laeduntur, in primis humorē glandularum uteri et vaginae spissescunt et acres redduntur, in quibus omnibus adfectus causæ proximæ latent. Remotæ vero sunt, præter ipsam emansionem, vitiosa diæta, sedentarium vitæ genus, morbi prægressi male curati, animi pathemata.

45. His optime consulitur dato ineundi conjugii consilio, præsertim si humores seminales (44.) jam acres facti sint, atque femellæ, venereis speculationibus delectantur, quam diu vero sanguinis duntaxat crasis peccat, virgines, ut subiecta, quibus menses emanent (28. 29.) mulieres et annosiores vero, quibus menstrua suppressa sunt (27.) tractandæ sunt. Purgantia proin emmenagogæ, quæ non simplici, sed iteratis vicibus operantur, quo nomine in primis venit elix. prop. f. acid. extract. coloçint saturatum, et eff. croci a multis magni hic aestimantur.

46. Chlorosi quandoque phthisis succedit, quo in casu ne calor hecticus in dies augeatur, ab activioribus pharmaceutis

cis abstinendum est. Quæ lenissima sunt, ut decoctum v. I infusum pulmonariæ, et foliorum tussilaginis hic sunt tutissima.

47. Morbum summe complicatum et multiformem, quæ præ multitudine symptomatum plurim quasi morborum congeriem constituit, *passionis hystericae* exemplo fistimus, adfectum scilicet, ex genere morborum spasmatico-convulsivorum, cuius incubacula merito in sanguine uterino, nec non seminalibus liquidis retentis et corruptis quærimus, qui nervos hujus visceris lacestant<sup>ur</sup>, propter nexus cum medulla spinali, sensim totum nervosum systema in consensum trahunt, ut tot functionem lœsiones producant, quot sunt membra per ipsum consensum læsa.

48. Inveteratum hoc malum per paroxysmos recurrit, qui licet statim non obseruent tempora, hoc tamen ordine procedunt, ut in leviori morbi gradu libera sit respiratio, in graviori impedita cum pulsu debili, in summo convulsiones superveniant. Quare commodum nobis videtur, ita recensere morbi hujus signa, ut primo ea, quæ paroxysmum antecedunt, postea quæ ipsum concomitantur, ultimo loco, quæ soluto paroxysmo visuntur, graphicè describamus.

49. Signa paroxysmum antecedentia sunt, sincipitis dolor pressorius, frigoris in vertice sensus, oculorum illacrimationis, visus obnubilatio, sensuum torpor, et rerum terebrantium tædium.

50. Ipse autem paroxysmus sequentibus dignoscitur. Sub notabili frigoris sensu per dorsum ad surgentis, et mox per corpus diffusi, universalis partium inferiorum continet strictura spastica, ingens adest ad urinam stimulus, quæ clara instar aquæ mittitur et SYDENHAMO signum pathognomonicum constituit, alvus adeo adstricta, ut clysterem haud admittat, venter durus et inflatus est, umbilicus interiora versus depresso, foveam format, cum sensu adscendentis

nodi vel globi, sedem in faucibus figentis, et respirationem ad metum strangulationis usque remorantis, tandem palpitat, pulsus sit inæqualis, vox perit, facies sit pallida, et in profundo sine sensu et motu jacent sopore, donec ad se redeant. Aliis facies et collum rubet et præ sanguine turgidum est, quæ ubi ad se redeunt delirant, aut in inmodicos risus solvuntur. In aliis hic universalis spasasmus in convulsiones, cum pollicum conclusione degenerat, indicio epilepsiam uterinam supervenire.

51. Remittente paroxysmo pulsus mollior, et erectior sit, extremis redit calor et color, audiunt eructationes, et ventris murmura, donec quasi e somno profundo evigilantes, sensus et motum recuperent.

52. Qui malum hypochondriacum, et passionem hysteriam, pro una eademque ægritudine habent, complicatione utriusque morbi, et communibus quibusdam symptomatis seducti, non attendunt utriusque adfectus causam, sedem, et curam, multum inter se discrepare.

53. Subjecta morbi hysterici præcipue sunt virgines teneroris naturæ, viro maturæ, mensium emanstione (15) laborantes, sanguinei vel sanguineo cholericæ temperamenti, viduæ juniores, vel viro nuptæ, sed sine prole viventes, otiosæ cæteroquin et gulæ indulgentes.

54. Causas complicati hujus morbi proximas non sine ratione posuimus in sanguine et humoribus uterinis, nimis infarctis et corruptis (47). Docet quippe anatome practica in feminis hysterica passione peremptis, uterum ejusque partes tubas Fallopianas, ovaria, tumefacta, et sanguine, vel peregrino graveolente humore infarcta reperita fuisse; licet non refragemur, iis in casibus, ubi malum hypochondriacum collusit, et intestina et ventriculus læse actionis notas dedisse.

55 In Prognosi notamus, malum hoc, ut ut dirissimis pathematibus stipatum, in se periculosum adeo haud esse, saepius

pius vero recurrere solere si graviori puerperio vel abortui suos debet natales, expugnat autem difficillimum esse, si morbus hypochondriacus simul adfuerit.

56. Curatio tribus indicationibus absolvitur. 1) Depletione istius sanguinis, qui turbato menstruorum negotio, in præjudicium totius œconomiæ animalis retinetur. 2) Correctione motuum spasmodicorum in solidis, per confirmatam consuetudinem in alteram quasi naturam abeuntium. 3) Restitutione excretionis menstruæ labefactatæ.

57. Ad primam indicationem venæ seſtio in pede convenienter et pro rei exigentia iterato instituta summi usus est, inprimis in plethoricis et gulæ deditis subiectis.

58. Spasmorum frequentia temperatur datis diaphoreticis et antispasmodicis, ex quorum felici connubio modera-  
tors moveri sudores, solvi spasmos, toties comperimus. Laudantur vero hic inter alia liquor C.C. succinatus tintæ.  
tartari, spirit. nitri dulc. liquoranod. Hoff. eff. croci, etc. ex  
pulverulentorum familia pulvis Marchionum, specif. ceph.  
D. M. succinum, nitr. et ostracodermata, de quibus pro intentione, et peritia medentis salutares formulæ concinnari possunt.

59. Turbatum mensium negotium restituitur consuetis emmenagogis, balsamicis, carminativis; et in genere omnibus iis auxiliis supra jam (18. 19. 22. 26.) commendatis, ita tamen, ut medicus respectum habeat ad præsentis morbi circumstantias, an menstruorum emanatio (15.) in cælibatu viventis, an suppressio (24.) in uxoratis, an sterile conju-  
gium, an præcox viduitas consociata sint.

60 Paroxysmo correptas revocant, omnis generis grave-  
olentia naribus admota, castorina, maxime sp. fal. Amm,  
cum eff. cast., aſa foetida, fumus plumarum accensarum per-  
dicum etc. Inferioribus membris, umbilico, pudendis, ut-  
pote partibus maximo spasmo correptis opposita plane ra-  
tione

tione ad obtinendum eandem scopum svaveolentia, ut moschus, zibetum, stirax, benzoe etc. non sine successu adpli-cantur.

61. Ad symptomata passionis hystericae, quae completis paroxysmis non adoritur feminas, referimus clavum seu cephalalgiam hystericaam, dolorem scilicet fixum in vertice sedem habentem, cum sensu frigiditatis in eodem loco, quasi frustum glaciei inpositum esset, qui cæteroquin aliquando tempora occupat; et femellas tam sensibiles reddit, ut tenebras et quietem querant, lucis aut strepitus. cuiusvis plane immorigeras.

62. In therapia' hujus affectus (61.) venæsestio impede locum habet, quam postea excipiat iusus melanogororum in primis eff. helleb. cum proprio extraest. exaltatæ, nec non pil. laxantium, quibus helleborinis committitis major conciliatur stimulus. In ipso paroxysmo præter exhibita temperanta et nitroſa, non est quod multis pharmacis obruantur ægrotæ.

63. Magnum cum priori affectu (61.) consensum habet colica hysterica, in qua dolor circa cordis scrobiculum, ventriculi regionem et paulo inferius sentitur, succedunt vomitus virides et flavi cum frequentibus animi deliquiis, ale-vissima quoque causa, affectus recurrit, et demum altioris indaginis fit, si quando simul passio hypochondriaca complicatur, quo in casu affectus colica anotericæ audit, quæ et sexui virili competit.

64. Therapia congruit cum curatione passionis hystericae (57. 58. 59.) et paroxysmi colici, quare nonnisi lenia anodynæ carminativis sociata locum habent. Cura autem colicæ anotericæ non est hujus loci.

65. Aliquando a vicio mensium (7.) et humorum feminallium retentorum, si capitis organa præprimis afficiuntur depravatio phantasie et rationis oritur et feminæ melancho-licæ evadunt, terrificis speculationibus se torquentes, de pec-

peccatorum nullam remissionem admittentium mole con-  
querentes, in lacrumas prorumpentes, solitudines quæ-  
rentes, mortem crebrius exoptantes, licet raro sibi lvim in-  
ferant, quod malum, *melancholia hysterica vel uterina* vo-  
catur.

66. Curam expedient, quæ præsentis negotii menstrualis  
nævos levant, sive menses emanferint, sive partius fluant,  
sive sint suppressi. In virginibus maturis, aut viduis ju-  
venculis, nihil efficacius solatur conjugio.

67. Epilepsia qua corripiuntur virgines mensium ataxiis  
laborantes, vel puerperæ a vitiis lochialis fluxus, vel viduæ  
juniores, 'viri amplexibus carentes, *Epilepsia uterina vel*  
*hysterica* vocari solet.

68. Sonticus, hic adfectus in virginibus et viduis interdum  
satis feliciter curatur, periculosior censetur in gravidis, et  
in puerperis a lochiorum retentione, difficilisque curæ est,  
quæ ex vesano nascitur amore.

69. In prægnantibus ob metum concitandi abortus suf-  
ficiunt micissima antispastica sub forma pulverum et potio-  
num exhibita. In ataxiis mensium naturæ molimina probe  
respicere, mensiumque fluxum revocare tenetur Medicus.  
In convulsionibus hisce a retentione lochiorum tertio vel  
quarto post partum die vena secatur in pede, sub junctis blan-  
de pellentibus emmenagogis ex pulvere Dominarum Pil.  
Becheri, Stahlii etc. Ex lymphæ seminalis fervore natus  
morbus, nihil nisi nitrofa et refrigerantia requirit, dici ta-  
men nequit, quam præstans et hic sit medicina conjugium.

70. Prioribus adfectibus quodammodo congenere est  
*furo uterinus*, si causas respicimus, est enim delirium li-  
bidinosum ex frustrato concubitus desiderio natum, cuius  
remissior gradus, et ubaliiquid decorum adhuc servant mi-  
sellæ, vocatur *satyriasis*, seu appetitus venereus austus.  
Ex habitu mulierum indecenti signa satis patent, sunt gar-  
ruleæ

rulæ, inquietæ, et præ nimia concupiscentia omnem quoad verba quoad facta verecundiam prorsus exuent.

71. Mensium ataxiis, ceu causis remotis hoc malum tribuendum esse non inficiamur, proximiores tamen consti-  
tuere genitalis lymphæ turgescentiam acremque stimulum in partibus obscenis, perpetuam titillationem excitantem, expertis in confesso est. Sunt tamen et aliæ causæ, phil-  
trum aphrodisiacum, congressus invenitivus, coitus olim permissus, nunc denegatus, quæ hunc fervorem accendent.

72. Deplorandam lugemus fortè femellarum, |cum quæ  
hac ægritudine laborant, risui et approbrio exponantur,  
viris autem quævis auxiliorum genera vitio non vertan-  
tur. Longa et insufficiens, imo partim ridicula est curatio,  
quæ hic ex fonte pharmaceutico et chirurgico petitur,  
quando per venæfctiones, vomitoria, refrigerantia in cas-  
sum torqueant misellæ, quæ ubi ex permisso coitu con-  
cipiunt et gravidæ fiunt, his suis igniculis liberantur. Quid  
vero veri falsique subit de certo aphrodisiacorum effectu,  
et an aqua ex ramis salicis tenellæ verno tempore truncat-  
is exstillance, aut etiam ejusdem foliorum decoctum, hunc  
ardorem, ut vult L V D O V. in *Pharmaciarationali* extinguat,  
cujusvis experientiæ relictum volumus.

73. Per fluorem mulierum album medici intelligunt quo-  
tidianam materiæ mucidæ excretionem ex genitalibus, flu-  
entium catameniorum tempore plerumque cessantem, quæ  
si copiosa est, cum lassitudine spontanea, et lumbagine gra-  
vativa, langvidoque corporis statu complicatur.

74. Distinctio hujus fluxus in benignum et malignum non  
est magni momenti, cum posterior nihil nisi sit gonorrhœa  
venerea ab impuro congressu nata, sub ipso mensium fluxu  
non cessans, et cum urinæ ardore ac stranguria conjuncta.  
Differt ab uteri exulceratione, cuius excreta materia  
fœtida, faniosa, cruenta.

75. Causa proxima hæret in congectione humorum, et  
re-

relaxatis cryptis sebaceis vaginæ uteri et labiorum, remota in vitiis regiminis, iætæ, imo partim in menstruis irregulatiter (28) et cum decoloratione fluentibus. An vero congrue vocetur coryza glandularum vaginalium ideo dubitamus, cum coryza adfectus sit paucorum dierum, et raro tam pertinax, ut per menses, imo solidos duret annos, qualis est fluor albus.

76. Inveteratus adfectus in primis in iis regionibus et urchibus, ubi quasi morbum endemum constituit, curatu difficultis est. Faciem reddit pallidam, oculi intumescunt, spina dorsi dolet, cum intercurrente cordis palpitatione, et febre lenta anomala. Imo vidimus saepe succulentiores inde cachexiam, graciliores hecicam contraxisse. Quod morbum rebellem magis facit, et curæ difficultatem auget, est abstrusa diagnosis, qua medicus semper in suspenso tenetur, num luis venereæ vestigia a parentibus parvo gradu propagata huic se sociuntur morbo?

77. Indicationes curativæ sunt, premissis et interpositis laxantibus rhabarbarinis, emmenagis, primo correctio lymphæ et totius humorum massæ per adæquata decocta, diluentia, mundificantia, ex rad. chin. sarsaparil. bard. pimp. alb. cort. lig. sassaf. cinnamom. mastich. etc. quorum usus diu protractus; secundo adfectuarum partium corroboratio, quo fine commendamus elect. de colophonia F V L L E R I, vel etiam nobis probatam electuarii formulam, quæ sit ex pulvere rad. filipendulae, ebore sine igne præparato, matre perl. conserv. et syrup. veron. Hereditaria labe insimulata, nec quævis alia remedia speratum habebunt effectum.

78. Quandoque a diurna mensium suppressione (24.) vel prægressa chlorosi (42.) in cæhexiam incident mulieres, quæ noſcitur ex pallido et tumido totius corporis habitu plumbea membrorum imprimis pedum gravitate, respiratio- ne difficiili a levissimo motu, somno non reficiente, pedum oedemate.

79. Causa proxima est sanguinis et lymphæ massa, quæ scoriis viscidis, biliosis, salvis abundat. Sociæ vero, et quæ præcedentem suppressorum catameniorum labem augent, latent in vita sedentaria, intemperantia vietus, et potus, animi pathematibus, morbis perverse curatis etc.

80. Quæ obstruetos canales aperiunt, et virtute resolvente sanguinem spissum dividunt, mobiliorem reddunt, ejusque motus eluctatorios ad uterum promovent, curam hic expedient. Quare præter ea quæ dicta sunt in therapia mensium suppressorum (26), laxantia hydragoga, decosta resolventia usurpanda sunt.

81. Nodis mammarum, saepe vexantur virgines, difficultate (20.) vel suppressione mensium (24.) laborantes, concurrentibus in primis vita sedentaria, victu crudo et austero, animi affectibus, mœrore diuturno. Mulieres autem a prægressa inflammatione, aut abscessu mammarum, lactationis tempore, eodem conflantur morbo, aut etiam citra dictas causas utrisque hoc vitium ex contusione, pressione vel rudi contrectatione subnascitur.

82. Hi tumores (81.) in virginibus si indolentes, parvi, mobiles sunt, nec increscent, nullis remedijs sunt tractandi, sed sibi relinquendi. Testatur quippe experientia, ejusmodi feminas viro nuptas, et post puerperium lactantes his glandulis obstructis, iterum liberatas fuisse et nodos evanuisse. Idem propemodum sentimus de nodis mulierum, quæ tamen propter faciliorem transitum in scirrum et cancerum mammarum periculosores sunt. Crescente et dolore, et nodo cancri metus est, semel autem notabilem effectum vidimus, ex usu diurno medicamenti, quod ex cera alba, sebo cervino, cum musto recenti, et succo pomorum Borstorianorum, per artem in formam cerati redigitur, quo solo, et dolor, et tumoris incrementum remisit, in pristinam benignitatem reducto tumore.

83. Scir-

83. Scirro mammarum in cancrum terminato, ignis ferumque ultimum sed prohdolor! lubricum saepe est refugium. Medendi methodus pharmaceutica non est alia, quam quae utrius sexui competit, quare prolixa ejus re-censione supersedemus.



## SECTIO II.

DE

### MORBIS N VPTARVM.

#### MEMBRVM L.

##### EX VITIO ORGANORVM GENITALIVM.

84. **S**terilitatem definimus per impotentiam concipiendi foetumque perficiendi, in femina debitæ ætatis, et debito tempore viro, alias fœcundo nupta, ab ejusdem organorum genitalium constitutione læsa dependentem.

85. Adfectus hic, si quam alias, feminis invisis, causas tantum non innumerabiles et subinde inperscrutabiles agnoscit, fallacie causarum, ut causis, maxime expositus. Causæ autem veræ semper ab organorum genitalium læsione dependent, sive organa ista vitium insitum, sive aliunde a vicinis partibus, sive a toto corpore contraxerint.

86. Vitia domestica genitalium hic merito culpantur, si uterus, tubæ Fallopianæ, ovaria, tumoribus, corruptiōnibus, callositatibus, hydrope aliquaque morbis laborant, aut vitia conformatio-nis adsunt, clausura orificii uteri, clitoridis monstrosa prominentia ecc. de quibus practicorum observationes testantur; aut etiam frequenter abortiunt, quæ causa sterilitatis, prægressa olim fœcunditate, frequentissima est.

87. Læsiones organorum genitalium a partibus viciniis (85.) in earundem mala conformatione, vel ab aliis casibus

C 3 for-

fortuitis, vulneribus, inflammationibus, abscessibus, arcessendae sunt.

88. Quodsi a toto corpore vitium contraxerint organa genitalia (85.) variæ hic accusandæ sunt causæ. Et quidem hic incusatur multoties mensium defectus (15), quem tamen per se sufficere non existimamus, nisi alius uteri morbus simul conjugatur. Nulli autem refragamur, fluxum inordinatum (28.) aut nimium (31.) ejusmodi sterilitatem post se trahere posse. Ejusdem generis causis succensemus etiam fluorem album nimium (73), qui utero debitum nutrimentum detrahit, partesque adeo relaxat, ut se men maris commode amplius retinere nequeant.

89. Extraneæ causæ (85.) a medicamentis sterilitatem inducentibus, veneficiis et fascinationibus, vel cum grano salis sunt interpretandæ, vel non nisi prejudiciis, et superstitione nituntur.

90. Signa conjugii infœcundi cognoscere, uti facillimum, ita cuius sit culpa, an mariti, an uxoris difficillimum. Experimenta autem hunc in finem institui solita maximam partem absonta, imo redicula sunt. Patet ergo quanti laboris, quantique judicii res sit, adfectus hujus natales, causasque tam diversas indagare, iisdemque debita remedia opponere.

91. Cura tanto est difficilior, quo causæ sunt abstrusiores. In nimia plethora venæfictio periodica, in obesitate nimia frugalis et parcior diæta, sufficiens corporis motus, cum reiteratis purgantibus sunt commendanda. In ataxiis mensium, hi suo ordini sunt restituendi. Præsentente fluore albo nimio, vel cachexia, hi adfectus prius sunt curandi. In vitiis malæ conformatioñis, aut tumoribus internarum partium (86) malum est incurabile.

MEM-

\*\*\*\*\*  
MEMBRVM II.

## DE MORBIS GRAVIDARVM.

92. **L**æsæ conceptionis adfectus est *uteri inflatio*, quam molam uteri flatuosa dicunt. Est vero insignis uteri intumescentia a flatibus retentis, conjuncta cum abdominis tumore, mensium retentione, lactis in mammis generatione, ut in magna spe et expectatione graviditatis sint mulierculæ. Fallacia nonnisi post solitum partus terminum innoteſcit, aliquando superveniunt parturientium dolores, flatus excluduntur, abdomen subſidet, et nesciunt matres, quid cum fœtu factum sit. A vera graviditate differt adfectus inconstantia molis abdominalis, et absentia motus a fœtu percepti.

93. Primaria causa est refrigeratio genitalium et uteri post partum, abortum, vel menses. Internæ vero causæ ſi adfuerint, hydrops uteri in propinquuo eſt.

94. Quod prognosin attinet, raro adfectus periculum ad fert, niſi mox a puerperio contingat, et nunc lochia, nunc menses ſupprimat.

95. Therapia, cum frequenter adſint læſæ digestionis ſigna, flatusque copiosi in primis viis, requirit carminativa et laxantia, quibus præmissis infuſum vinorum, ex carminatibus, uterinis, et roborantibus ſubſtituitur, externe autem ſuffitus nucis moschatæ, per infundibulum utero exceptus, ſimiliterque linimenta carminativa locum habent.

96. Per hydropem uteri, morbum cæteroquin rarissimum, intelligitur ejus tumor aquosus, qui feminas ſub ſpe veræ graviditatis decipit. Proxime differt a *mola uteri aquosa*, morbo longe frequenter, ubi lympha, intra unam vel plures proprias membranas, totidem veficulas formantes, coacervatur, cum in hydrope ſic diſta aqua, intra cavitatem matricis colligatur.

97. Cogno-

97. Cognoscitur absentibus reliquis graviditatis signis, ex tumore hypochondria maxime occupante, fluctuatione ex motu abdominis, absentia doloris post pressionem externam, insigni ponderis sensu, sinui pudoris incumbentis, figura tumoris nullibi acuminati, absentia motus a commovente se foetu.

98. Causae sunt vasorum lymphaticorum ruptura, et lymphae collectio a mensibus (21) et lochiis suppressis, vel insufficienter fluentibus.


99. Experientia docet feminas hosce tumores per solidos annos, immo per totam vitam gestare, sine notabili sanitatis detimento. Quodsi vero cum tali hydrope vera graviditas est conjuncta, foetus post aliquot menses abortu rejicitur.

100. In curatione, si foetus simul adeat, nihil omnino tentare tutissimum est, hoc autem absente, uteri purgatio, datis hydragogis, iisque iteratis, impune perficienda est.

101. *Mola* ein Mutter-Kalb, Monden-Kind dicta a ponde-  
re, dum quasi moles uterum comprimit, est massa quedam  
informis, sine ossibus et visceribus in utero ex conceptio-  
ne laesa loco foetus ordinarii genita.

102. Signa molam a graviditate vera dignoscendi diffi-  
lia sunt; reducuntur autem ad sequentia momenta. 1) Ad  
motum, nam foetus successive se movet, mola nullum mo-  
tum manifestat. 2) Ad motus conditionem, dum mola in-  
star lapidis volvitur in latus in quod incumbit mulier. 3)  
A menstruis, haec enim gesta mola, ex intervallo aliquot  
mensium effreno fluore recurrent. 4) Ad figuram abdomi-  
nis; quod nullibi acuminatum appetet. 5) Ad lac, quod  
raro molam gerentibus profluit, sed cruda duntaxat materia  
a retentis menstruis collecta. 6) Ad dolores, mola enim  
dolore punctorio, per intervalla recurrente est molesta. 7)  
Ad tempus, si post nonum mensem partus non sequitur.

103. Aethio-



103. Aethiologia generationis molæ tam intricata res est, ut verbis magistri **HIPPOCRATIS** subscribere non possimus, existimantis, molam fieri a commissione feminis utriusque sexus sub actuali fluxu menstruorum, probabile tamen est generationem molæ, ex cognita fabrica ovuli muliebris explicari posse. Nempe si mola carnosam sifit massam, indicium est, interiora ovuli, ceu futura partium stamina, ex quacunque causa invicem esse confusa. In aquosa mola (96.) membranae ovuli tale contraxerunt vitium, ut liquoris amnii et chorii invicem commissi fuerint; in mola vero cum vitae indiciis hanc confusionem tardius contigisse. Excludimus itaque virgines et viduas ceu molarum subiecta, quas si ferunt clandestinæ veneris potius insimulantur, in nullo enim viviparorum genere, ut quidem in oviparis contingit, citra maris congressum, ova subventanea talem molem inconditam generare posse observatum est.

104. Mola periculi plenus affectus est, hinc quo citius ejicitur eo melius, quo tardius, eo pejus, procrastinata quippe excretio effrenes haemorrhagias, plenaria retentio, hydropem causatur.

105. In mola cum foetu vero nihil omnino tentandum, sola autem si adfuerit, protinus expellenda. Curatio itaque consistit in stimulantibus, queæ alias secundinas, et foetum mortuum expellunt, requiritur tamen certa uteri et genitalium partium præparatio, queæ sit continuato usu balneorum, infusuum, fomentorum, etclysterum emollientium. Pellantia hic sunt draistica purgantia, et quibus alias abortum sibi procurant feminæ, furtivis amoribus detitæ, qualia sunt borax, pulvis foliorum sabinæ, sal volatile succini, aqua cinnam. exceptum, nec non clysteres uterini, stimulantes, acriores. Ejecta mola superveniens haemorrhagia, ut quævis sanguinis profusio uterina compescitur.

106. Nausea et vomitus gravidarum sunt affectus, qui saepe

D

pe

pe a primo ad tertium usque mensem vexant mulieres. Ambo nihil in recessu habent, sed sponte superato medio graviditatis termino cessant. In sensibilibus subiectis, si corpus contabescit, spiritus mastichis, et salis dulcis mitigat, si non prorsus nauseam tollit. Vomitus gravidarum nunc primis, nunc mediis, nunc ultimis gestationis mensibus adest. In primo casu, utpote a conceptione humores alterante, totum negotium naturae committitur, in secundo, utpote a menstruis suppressis, et sanguinis redundantia nato, venæfætio in brachio requiritur, in tertio utpote omnis periculi non experte, blanda laxantia cum emplastris stomachicis sunt coniungenda.

107. Alius gravidarum affectus *pica* est, seu appetitus insignis in res insolitas, imo quandoque absurdas, qui circa secundum vel tertium mensem, ubi plerumque ex menstrua purgatione retenta viscerum abdominalium vasa sanguinifera magis infaciuntur, et in primis ventriculi arteriae liquorem gastricum large fecernunt, manifestare sece solet. Differt a *malacia*, utpote adfectu virginibus chloroticis (63) familiari.

108. Therapiæ regulis conforme est, hunc adfectum, nisi prorsus in absurdas et concoctu impossibilis res feratur, non statim supprimere, ne fœtui aliquod nocumentum accidat. Pro subiectorum discrimine dudum docuit experientia aliis hic acidiuscula, aliis amara et stomachica conducere.

109. *Tormina* de quibus conqueruntur gravidæ, frequenti alvi obstruktioni in acceptis feruntur, sola itaque laxantia, carminativis maritata, nec non clysteres emollientes folamen adferunt.

110. Quæ in gravidis nonnunquam succedit *diarrhæa*, gravior semper est, si in principio gestationis, quam ultimis mensibus se manifestat. Tuto sibi relinquitur, si modum non excedit, nec vires prosternit, effrenis autem

tem lénium roborantium usu, ex corall. præp. spec. de hy-  
acent. cornu cervi usf. tinct. corall. catech. emplastris sto-  
machicis compescitur.

111. Communis pariter gravidarum querela est, *dolor*  
*dentium rheumaticus*, primis mensibus molestus, qui tam  
certam conceptionis spem facit mulierculis, ut sibi gratulen-  
tur de hoc signo. Quodsi vero hi dolores a denti-  
bus cariosis proveniunt, consveta odontalgica locum ha-  
bent.

112. *Dolor lumborum* ceu graviditatis symptoma par-  
tim ab expansione uteri, partim a mole infantis, partim im-  
pedito sanguinis venosi, ab inferioribus membris regressu  
dependet, et palliativam duntaxat curam admittit, laxando  
fibras membranaceas, musculosas, externis oleosis et emol-  
lientibus.

113. *Palpitatio cordis* in gravidis, a sanguinis abundan-  
tia vel spissitudine solatur venæsecione, quæ primis in  
brachio, ultimis mensibus in pede instituenda est.

114. *Tuffis* gravidarum vel a sanguine accumulato, vel  
ab erroribus diætæ dependet. Prior ut plurimum est vel  
matutina, vel nocturna, cum rejectione multi et tenuis spu-  
ti, et venæsecioni obtemperat. Posterior digestivis la-  
xantibus, et carminativis auscultat.

115. Majoris momenti symptoma est in gravidis *hæmorrhagia* uteri, quæ quoconque tempore accidat, subsecuturi  
abortus metum incutit. Primis mensibus, sive sincerus, li-  
ve aquosus effluit sanguis, molæ suspicionem affert. Circa  
medium, vel ultimum gestationis tempus, vel abortum,  
vel foetus debili vita gaudentem, vel mortuum, vel mo-  
lam portendit. Rara enim sunt exempla, legitime sub-  
secuti partus, a prægressis hæmorrhagiis uterinis.

116. Nisi venæsecio solatur, gravidæ suo fato sunt re-  
linquendæ, nullum enim hic locum habent adstringentia,

quorum effectus quandoque profusissimas hæmorrhagias cau-  
satur, cum e contra, quæ per intervalla modice fiunt tales  
profusiones, non semper impediunt, quo minus partus na-  
turalis et legitimus sequatur.

117. Quæ in gravidis, circa venarum cruralium et pedis  
extremi valvulas oriuntur *varices*, a difficiili sanguinis, ab  
inferioribus regressu dependent, nullam admittunt mede-  
lam, sed sibi relinquendæ sunt, nisi forsan, ob nimiam in tu-  
mescentiam rupturam venarum minantur, quo in casu, fa-  
sciæ, fatus adstringentes, unguentum de baccis lauri cum  
vino rubro instar linimenti locum habent. Hæc et similia  
propemodum, subsecuta venarum ruptura, natam inde hæ-  
morrhagiam fistunt.

118. Ultimis gestationis mensibus, gravidis interdum *super-  
primitur*, aut summa cum difficultate mittitur urina, quod a  
decliviori situ fœtus et pondere uteri, vesicam comprimén-  
tis dependet. Tales supine jacentes mittant urinam manibus  
prius modeste attollendo molem abdominis. Imo præstat  
etiam hic, illitu oleosorum et emollientium laxare pauli-  
sper vias.

119. Ex eodem fundamento, nisi forsan, calculi suspicio  
est, dependet etiam *stranguria* in gravidis, cui commode  
syrupis laxantibus, per intervalla adhibitis succurritur.

120. *Tumor crurum serofus* observatur in gravidis circa  
ultimos menses et quidem frequentius in iis, quæ ante con-  
ceptionem fluore albo laborarunt. Plus molestia quam  
periculi creat, dum plerumque enixo partu, et fluentibus  
rite lochiis iterum evanescit. Solamen quærentibus, præ-  
scribuntur, fatus et cataplasmata ex herbis et farinis discutientibus.

121. Si *labia pudoris* eodem seroso humore, instar hydro-  
celes perlucente protuberant, symptoma non aliunde  
nisi a pressione vasorum circulum sanguinis retardante na-  
sci-

seitur. Raro hic adfectus ante instantem partum, qui obtumefactas partes foret difficillimus, curam requirit, quæ consistit in scarificatione tumoris aquosi, et impositione fomentorum discutientium.

122. Periculus gravidarum adfectus est *abortus*, sive fœtus adhuc immaturi exclusio; cuius præ cæteris subjecta sunt, feminæ plethoricæ, sensibilis naturæ, queque profusis olim menstruis laborarunt, aut passionibus animi, inprimis ira, se abripi patiuntur, et cæteroquin in lauta diæta versantur, maxime autem, quæ aliquoties jam abortiere.

123. Signa antecedentia hic sunt, lumborum coxarumque gravitas insolita, appetitus dejetus, rigor et horror per vices recurrens, capitis dolor, mammarum detumescencia. Instantem declarant dolores frequentes et continui versus pubem sensibiles cum quodam egerendi conatu, hæmorrhagia uteri ex improviso erumpens, cum intermixto æstu transitorio, palpitatione cordis, hypothimiis, inprimis vero notabili abdominis subfidentia, ingenti ponderis sensu, quæ omnia tandem fœtus exclusio sequitur.

124. Est vero abortus periculus admodum adfectus, maxime in primiparis, tertio vel quarto reformandus mense, atoniā valorum uteri post se relinquens, et viam sternens ad futuras hæmorrhagias, futuriq[ue] fœtus præproperam exclusionem. Infrequentior quidem est abortus, qui sexto vel septimo graviditatis mense contingit, sed eo etiam gravior, raroque salvantur puerperæ, quibus post abortum convulsiones supervenient.

125. Ad præcavendum abortum, optimum præsidium in venæsectione brachii, per duos vel tres menses reiterata positum est. Non minus convenient omnis generis ant orgastica, ex corall. rub. spec. de hyacint. testis ovor. calcinatis, nitro. tart. vitriol. cinnab. Quid vero specifici effectus hic præstet oleum lini, quod singulari experimendo

mento commendat Cl. HAMILTON ulteriori experientiae reliatum volumus.

126. Quodsi vero his et similibus præcaveri abortus nequeat, excluso foetu prospiciendum est, ut secundinarum expulsio datis lenissimis pellentibus, ex pil. balsamicis Stahlii, aut Becheri promoveatur, quo ipso prava conserua ex secundinarum retentione nata præscinduntur.

### MEMBRVM III.

DE

#### MORBIS PVERPERARVM.

127. **S**icuti dolores partus veri, ad fœtus exclusionem necessarii, minime ad morbos symptomata referendi sunt, sic e contra dolores parturientium nothi, qui quasi pathemata colica, iliaca, aut hysterica referunt, reformati et utcumque noxii sunt.

128. Cognoscuntur ex doloribus, circa umbilicum, regionem lumbarem, et totum ventrem, ad pubem protensis, nullaque ratione fœtum ad partum stimulantibus, nec uteri orificium successive dilatantibus. A primiparis et imperita obstetricie, non facile distinguuntur, a doloribus partus veris, imo aliquando cum veris partus doloribus complicantur, ubi tamen fœtum remorantur, parturientem debilitant, et partum laboriosum reddunt.

129. Quod curam attinet, nihil nisi quies corporis sub stragulis bene recubantis imperanda, et si quid interne desideratur spirit. nitri dulcis, vel liquor anodynus mineralis HOFFMANNI præsentes hos spasmos consopit. Fomenta autem, vel quævis alia topica calidiora, ideo hic dissolvademos, quia dolores veros nimis exasperant, qui ante cessationem nothorum, salutarem effectum habere nequeunt.

130. Per partum difficilem seu dyslociam, non quemvis labo-

Iaboriosum partum, sed insignem pariendi difficultatem intelligimus, nunc in parturiente ipsa, nunc in foetu, nunc in aliis circumstantiis cum partus negotio conjunctis, sitam.

131. In parturiente ipsa ceu totidem causas consideramus puerperam primiparam, vel nimis annosam, statum ejusdem plethoricum, obesitatem, spontaneam verorum dolorum suppressionem, pudendorum strictroram, vel tumorem, virium debilitatem ex prægressis hæmorrhagiis, prolapsum vaginæ etc. In foetu pars difficilis causæ latent, si corpore magno est, viciōsum in utero situm' habet, aut plane mortuus, aut si gemelli pari nisu exitum moluntur. Tandem in circumstantiis puerperii querendæ sunt partus difficilis causæ, si membranæ foetus involventes nimis crassæ sunt, secundinarum excretio foetus præcedit, funiculus umbilicalis collo infantis circumductus, placenta uterina utero firmiter adhaeret, dolores vel nulli vel insuffcientes, vel cum spuriis mixti adsunt, et aquæ diu ante partum effluunt.

132. Pro diversitate harum multiplicium causarum diversimode quoque succurrendum est parturientibus. Plethora sanguinis ventilationem aliquot septimanis ante partum et temperantium usum requirit, imo venefectionis usus hic est amplissimus ante partum quippe præcavet a febribus purpuratis et miliaribus. Doloribus spuriis prospicimus ut dictum est (129). Verorum languor excitatur moderatis pellettibus (127). Pudendorum angustia requirit fatus, clysteres et in sessus emollientes. Puerperæ debilitati consuimus exhibitione haustus vini antiqui imprimis Rhenani. Perversus infantis situs in utero dextra peritæ obstetricis encheiresi mutari debet. Crassiores foetus membranas scalpello ex arte dividi non vero dilacerari oportet.

133. Difficillimus partus emergit ex Foetu mortuo,  
ubi

ubi totum enitendi negotium matri, sœpissime debili, incumbit. Moritur autem fœtus vel in partu vel mox ante partum.

134. Signa quæ fœtum recentissime mortuum declarant, sunt horror febrilis subitaneus matris sine manifesta causa. Extinctum jam novimus ex absentia agitationis fœtus olim perceptæ, nec datis spirituosis amplius excitandæ, sensu molis ponderosæ ab uno in alterum latus se volventis, labiis et facie pueræræ pallidis, mammarum flaccescientia, peccinis regione frigida. Idem novimus sub partu contigisse ex absentia pulsus arteriarum in funiculo umbilicali, excretione simultanea meconii cum aquis, retento adhuc fœtu. Infantem putredine jam corripi docent supervenientes febres, lipothymiae, cordis palpitationes, convulsiones, anheletus matris fœtidus, aquarum et saniei fœtidæ ex utero effluxus.

135. Gravissimum ex hoc statu pueræræ imminent vitæ periculum, rari enim sunt casus ubi mortuus et retentus fœtus ossescit, exsiccatur vel in lapideam convertitur substantiam, vel ubi partibus ejus carnosis in tabum resolutis ossa fœtus frustulatim longo post tempore ejiciuntur. Quapropter opera danda, ut quantocuyus excludatur, quod sit sub partu datis pellentibus ex myrrha, borace, oleo succini, hepate anguillæ, si vires pueræræ adhuc integræ. His vero incassum propinatis instrumentis et apparatu chirurgico frustulatim extrahendus est, quæ tamen operatio, ob facilem uteri læsionem non nisi dexterimo chirurgo comittenda est. Extracto fœtu, mater ut graviter vulnerata tractanda est, ipsique non nisi juscula carnis vitulinæ tenuissima propinanda. Iufusum autem theiforme foliorum virgæ aureæ latifoliæ nobis aliisque tanquam egregium vulnerarium hic fœse probavit.

136. *Partus cañarei* nomine medici intelligunt fœtus adhuc vivi ex ventre matris mortuæ sectionem, quæ non nisi in repentina et violenta matris morte locum habet, rarissime enim fœtus supervivit matri, longo extinctæ morbo. De fœ-

scetu sic diēto tubario exempla prostant sectionis in viva ma-  
tre institute, sed crudelis laniena est, et propter lethale quod  
matri infligitur vulnus semper abhorrenda.

137. Qui *Puerarum regimini* proficit, pertimescen-  
da puererii symptomata, lochiorum vicia, febres, inflam-  
mationes, præcavet. Hujus autem negotii cardo in eo verti-  
tur, ut sanguinis grumosi reliquiae expurgentur, lochialis pro-  
moveatur fluxus, et transpiratio puerperis adeo salutaris fu-  
stentetur. Ad primam et secundam indicationem non solum  
pilulae Stahlii, Becheri cum nitro maritæ, et iteratis parvis  
dosibus exhibitæ, sed etiam decoctæ ex ciceribus rubris, pas-  
fulis, CC. usq., radice graminis, floribus cordialibus, maxime  
proficia sunt.

138. *Dolores post partum die Nachwehen*, quibus raro cor-  
ripiuntur primiparæ, plerumque impeditiori lochiorum suc-  
cessui vel congrumati sanguinis reliquiis, vel refrigerationi  
abdominis suos debent natales, et in genere quietem puer-  
peræ et regimen paulo calidiusculum requirunt. Internè  
conducunt sperma ceti et oleum amygdalarum dulcium tan-  
quam arodynæ et emollientia. In causa refrigerationis et  
inde natae flatulentæ dolores mire compescuntur catapla-  
mate ex cepis in vino coctis, et postmodum cum oleo in sar-  
tagine fricis et contusis ventri imposito. Lochia et sanguinem  
retentum pellunt repetita pilularum Stahlianarum dosis.

139. *Secundinorum retentio* in puerperis pericolosum ac-  
cidens est, siquidem non raro febris inflammatoriam, gan-  
grænam et sphæzelum post se trahit. Oritur ab errore ob-  
stetricum, quæ parturiéntes enixa parte sella dimittunt an-  
tequam exclusæ sint, vel a pertinaci earundem cohæsione  
cum utero, vel ab utero nimis cito se contrahente, vel de-  
nique à funiculo umbilicali sub nisu extractionis rupto.

140. Ex quacunque nascatur cauſa, harum expulsio quan-  
tocius urgenda venit, quod commendatis pilulis Stahlianis,  
vel si fortiora desiderantur crocatis et myrratis obtinetur

E

Em-

Emplastrum de galbano cum oleo castorei malaxatum et umbilico impositum, aut cataplasma ex semine lini in oleo lino cocto toti abdomini circumpositum, multiplici experientia hic nobis probata sunt.

141. Vitiis lochiorum in defœtu peccantium, adnumeramus eorundem, vel præmaturam cessationem, vel parciorem fluxum, vel subitaneam suppressionem, a quibus supervenientes, anxietates, spasmi, tormenta ventris, purpura alba, et rubra, imo inflammatio uteri, et plura graviora pâthemata derivanda sunt.

192. In quovis lochiorum defœtu, convenitalvum laxare clysteribus, in primis vero pil. Stahl. polychrestis, et Becherianis; utpote aloëm corrētam continentibus, quæ fopitas sanguinis excretiones stimulant. Non minus potulenta calida, avenacea et hordeacea, quibus sanguis diluitur, copiose sunt exhibenda, interpositis pro re nata moderatis pellentibus, ex croco, borace, aristolochia, succino, cumino, castoreo etc.

193. In nimio lochiorum fluxu, qui ab hæmorrhagia uteri, sanguinem floridum et coccineum fundente, probe discernitur, quique in primis puerperis succipiens, et sanguineis familiaris est, dummodo vires non nimium atteruntur, nunquam adstringentia, in primis externa, ordinanda sunt. Lenissima roborantia interna, ex terreis testaceis, spec. de hyacint. tinet. vitr. Mart. Ludov. locum inveniunt, si plane modum excedit.

144. Fluxus lochiorum cum insigni flatulentia conjunctus, iis præprimis feminis familiaris, quæ olim uteri inflatio ne (90) laborarunt, requirit externa carminativa, cum diapnoicis sociata, qualia sunt, ess. cort. aurant. spir. salis ammon. anis. spirit. nitri dulc. ostracodermata præparat. ant. diaphoreticum.

145. Pavores puerperarum quibus primis a partu diebus corripiuntur, cum non aliunde, nisi a virium prostratione suam originem habent, præter analeptica, ex pulv. corall. spec.

spec. de hyacint. potiunculis analepticis, haustulo vini rhena-ni antiqui, vix alia requirunt remedia.

146. Ex neglecta abdominis ligatura post partum, vel admissione auræ frigidioris puerperæ haud raro, in diarrhaem incident, quæ dejectionibus materiae tenuis, fluidæ, valde acris, cum torminibus ventris exquisitis, et febricula quandoque periculosa fit. Curam absolvunt temperantia, ex testaceis et nitrosis, interpositis laxantibus rhabarbarinis.

147. Horror qui plerumque tertio vel quarto post partum die puerperas invadit, quemque febrilis calor excipit, febris lactea vocari solet, estque nihil aliud, nisi naturæ molimen, lac in mammis, pro parte secretum, pro parte fecernendum, consuetis excernendi viis. Horror lactis vocatur, si nullus febrilis subsequitur æstus. Durant hi motus febriles, usque ad septimum vel nonum a partu diem, ubi blando sudore terminantur.

148. Uterque adfectus regimen diapnoicum, lenia anti-febrilia requirit, quibus observatis hæc febris moderate decurrat. Nato interim aliquo lactis coagulo modestæ frictiones mammarum cum excutis holofericis secundum tubulorum lacteorum ductum, a claviculis versus papillas directæ uberem lactis proventum accelerant.

149. Ad via organorum lac fecernentium referimus parvas mammarum papillas, consuetam primipararum molestiam. Elongantur autem, et ad aptiorem suctiō-nem sensim formantur, assiduo suctu hominis adulti, vel quod frequentius est, vasculorum vitreorum, hunc in finem paratorum adplicatione, quæ cucurbitarum vices habent.

150. Mammarum *rhagades* et *fissurae* dicuntur, quando circa papillas leviora vulnuscula cutanea, aut etiam, ulcuscula, ichorem acrem, immo subinde fangvinem fundunt, quæ vel papillarum sensibilitati, vel teneritudini, vel suctioni infantum aphthis laborantium, vel lactis acredini suam debent originem.

151. In primo casu (150) longa consuetudo patienter ferendi dolorificam fussionem donat istam sensibilitatem, imprimis si sauciata superficies saepius inungitur linimento, ex oleo ceræ et liquamine myrræ parato. In altero post quamvis infantis fussionem papillæ linteis sunt abstergendæ. In tertio denique, lac ipsum corrigendum est, quod qua ratione fiat, infra dicturi sumus.

152. *Inflammatio mammarum*, in puerperis duplex est, apostematosæ, vel erysipelacea. Prior, utpote profundus hærens, consuetis inflammationis signis, rubore, dolore etc. se manifestat, et plerumque a stasi et coagulo lactis, in glandulis, et tubulis lactariis prosciscitur.

153. Per se quidem haec inflammatio, periculo vacat, nisi quod propter profundam sedem, raro discutientibus morem gerat, sed plerumque in abscessum degeneret. Perverse autem tractata, sinus, fistulas, ulceræ, immo scirrum, et cancrum post se relinquere solet.

154. In recenti tuniore discussio, semper tentanda est, datis internis diaphoreticis fixis, et impositis externis resolventibus, qualia sunt emplastra de sperm. cet. de melilot. crocat. diaphoret. Myrsichti etc. Nobis vero spiritus vini crocat. calefactus, et linteis cito super prunas exsiccandis exceptus, primas semper egit. Ubi discussionis spes decollat, formatus abscessus maturantibus est fovendus, ut emplastr. diachylo simp. et comp. catapl. ex radicibus emollientibus in lacte coctis. Maturato tumore, et incisione facta, pureque evacuato, balsamicis et mundificantibus, ad consolidationem usque continuandum est.

155. In *erysipelate mammarum*, quod saepissime a subitaneo terrore, et aliis animi affectibus nascitur, conqueruntur feminæ de horrore, calore, rubore, doloribus lancinantibus, subito ortis, cum subsequenti æstu gravi, et vehementi pulsatione in mammis. Non obstante graviori symptomatum caterva, discussio facilius speranda est.

156. Curam hic exhausti regimen diapnoicum, et quæ ex-

externe discutiendo agunt. Sacculi ex flor. samb. spirit. vini camphorato irrorati, et calefacti, optime discutiunt. Quid vero singulare hic præstat, empl. ETMVLLERI ex theriaca, et sale absinthii, nondum experti sumus.

157. Abscessus mammarum (152.) qui fistulam et ulcus si- nuosum, cui mammarum substantia, propter glandulas con- gregatas, et copiosam telam cellulofam, magis est obno- xia, post se trahit, requirit detergentia et mundificantia, quare decoctum agrimoniae, cui parum aluminis et myrræ incocatum est, sedulo syringe iniciatur; oleo tamen momor- diceæ rite adhibito, nihil hic unquam vidimus præstantius.

158. *Lactis difficilis eruptio*, puerperas imprimis primi- paras, quibus parvæ sunt mammæ, vasa lactea constri-cta, aliquando vexat, quo in casu, modeftæ frictiones rei- teratae, atque fatus calidi, hanc difficultatem ut plurimum tollunt.

159. *Lactis vitia ratione quantitatis*, sunt ejus vel abun- dantia, vel defectus, utraque conditio proprie nullum in- volvit morbum, sed ut plurimum subsequentium sympto- matum occasionalem præbet causam; non solum enim ab- lactatio, copioso existente lacte, mammarum coagula produ- cit, sed quoque sub ipsa lactatione, similia mala nascuntur, si infans debilis est, et lac consumere nequit. Imminuitur autem lac superfluum, partim id ipsum sèpius emulgendo, partim catulos, vel vitra hic conveta admovendo; partim denique discutientia imponendo, cui ultimo scopo, empl. oxycroc. vel empl. de sperm. ceti, cum sale volatili urino- fo subactum, aliaque similia, abunde satisfaciunt.

160. Prioriadfectui (159) oppositus est *lactis insufficiens* quantitas, quo imprimis primiparæ, vel feminæ debilioris constitutionis, aut etiam, quæ parco vistu gaudent, labo- rant.

161. Pro diversitate causarum, diversimode quoque suc- currendum est. In compaæta mammarum substantia, mo- deftæ frictiones, et vapores calidi lactis, mammis excepti,

suo non destituuntur effectu. In parciori vietu juscula carnium, hordeacea, avenacea, emulsiones amygdalinæ sunt commendanda. Quæcunque autem hujus defectus causæ sint, prosunt semper pulveres ex semine nigellæ, anisi, fœniculi, vel etiam potus ex lacte, cui flores sambuci, et semen fœniculi incocta sunt. Magni imprimis hic facit Cl. BVRGRAFIUS Lib. de aere, aquis, et locis Francofurtenibus, pulverem ex lacte lunæ, speciebus stomach. Birgmanni, sem. anisi, fœniculi et nigellæ confectionum, et diu liberaliter que praescriptum.

162. Quandoque lactare nolunt puerperæ, et fontes lactis exarescente sinunt, quem in finem lac in ferrum candens emulgent, aut etiam linea duplicita spiritu vini imbuta axillis supponunt, aut emplastr. de cicuta mammis imponunt. Nihil autem hic efficacius deprehendimus emplastro, quod paratur ex axungia cervina, sperm. cet., cera alba et camphora, quodque egregie lac dilutit et consummit.

163. Virtus qualitatibus lactis consistunt, vel in nimia eiusdem aquositate, vel spissitudine et muciditate, vel noxia quadam acredine salina, biliofa, acida, que omnia a naturali lactis conditione sunt aliena; id enim debet esse album, dulce, consistentiae mediae, grati saporis, et odoris, brevi mora sufficientem tremoris crutram contrahens.

164. Lactis aquositas, que tenuem lacticulari viatum præbet, et ad molestias diarrhoeas disponit, cognoscitur, ex circulis subcœruleis, quos format, si vaseculo excipitur, vel ex guttula una aut altera eius, in unguem effusa non cohærente, sed diffuente. Corrigitur dieta lauatori exhibendo nutricibus eucynam, et euepta, et roborando ventriculum stomachicis usitatis.

165. Ad spissitudinem lactis, que infantibus tenellis admodum nociva est, eosque ad glandularum mesentericarum infartus disponit, præter sufficientem potum et motum commendantur, incidentia salina, ex tart. vitriol. arcan. dupl. sal. polychr. nitr. ant. tinct. ant. tartaris. aliisque similibus, quibus tamen partitis intervallis laxantia interponuntur.

166. Lactis fontica quedam aciditas, qua tenellos ad diectiones virides, diarrhoeos, et continuos eiulatus disponit, ex odore nutricum, acidum spirante cognoscitur. Quod vitium emendatur, si nutrix loco potus ordinarij, decoctum C. C. et una cum infante pulveres testaceos, et crystal. mont. confectionis frequenter haurit.

167. In acredine biliofa lactis, ubi frequenter vomunt pueri et torminibus excruciantur, propemodum similia testacea conducunt, in officiis au-

autem et jusculis hordaceae et avenacea propinari debent. Quæ quippe medendi methodus etiam convenit in *acredine falsa lactis*.

168. Ad affectus acutos, exanthematicos, quibus interdum laborant puerperæ, referimus iure *purpuram rubram et album*, morbos scilicet nosos, et demum circa medium elapsi seculi primum viros.

169. Differentia purpure rubræ, et albæ, in eo consistit, quod illa benignæ, hæc malignæ indolis sit, illa exanthemata rubra, cutim aspergam reddentia, hæc vero pustulas albas, lympha plena formet, illa per se minus periculosa, hæc proh dolor! permultis funesta sit. Differuntque febris miliaris alba, quod omnes natura motus, ad expellendum miasma morbificum adeo tergiversantes et inconstantes deprehendantur, ut prognosis medici admodum sit incerta, et spes in angusto posita. Conveniunt autem inter se, quod exanthemata, ubi per aliquot dies cutim obsident, tandem exarescant, et squamarum forma decidant.

170. Cura purpurae rubræ, requirit regimen moderate calidum, et lenissima alexipharmacæ, ex aquis scord. card. bened. galeg. flor. samb. mixtura f. f. c. eff. scord. pimp. alb. ant. diaph. nitr. ant. lap. cancer. etc. Desquamato exanthemate, blandum quoddam laxans, quod mercurium dulcem recipit, curam absolvit.

171. Maiori circumspectione opus est, in therapia febris miliaris albæ, facilis eius retrocessio, et que sepe circa evidentes causas subitanea est, funestum uplurimum haber eventum. Ad caput enim retro-pulsa materia, lene delirium format, nascentis necrosis cerebri predromum. Ad pectus delapsa, catarroho fulloreativo extinguit puerperas. Spontaneorum sudorum eruptio, bonum præbet signum, qui si largissimi sunt, nunquam copiosum adeo exanthema observatur. Alvum sponte liberam esse in hac purpura miliarie, nullum præiudicium parit, licet propter facilem retrocessionem nunquam pharmaci fit follicitanda. Lenissima alexipharmacæ, et regimen diaiproicum, sunt ea, quæ prefente hoc morbo, in potestate medici sunt posita.

172. Aliquando in graviori partus nisu, et magno infante, plaga cutis inter anum et verenda dilaceratur, et *perinei rupuram* constituit, affectum, si quis alias, molestem et dolorificum. Recentri malo succurritur, decocto calido pruni sylv., in quo rob eiusdem fructus solutum est, quo vulnus eluitur. Postea emplastro glutinante, vel mediante futura adducuntur vulneris labia, inponendo simul pulverem rad. confolid. mai. cum albumine ovorum subactæ. Allii recentis vulneris consolidationem solo balsamo vulnerario DIPPELII efficiunt, quo citissima fit conglutinatio, et omnis suppuratione præpeditur. Antiquum tale vulnus, labiis callosis redditis, horrendum creat aspectum, et non nisi futura, labiis prius callosis rescifisis, curatur.

173. In difficulti partu (130), ex rudi uteri contrectatione, vel contusione,  
vera

vera sæpe *inflammatio uteri* nascitur, morbus admodum periculosus, cum summa febre inflammatoria stipatus. Extenui labor est hic medici, qui præter iteratas venæfæctiones, si vires ægræ permittunt, nil nisi temperantia, antorgastica, præscribere potest. Conducunt tamen iniectiones uterinae ex herbis temperantibus, lactucæ, nymph. plant, scord. in se-ro laetis coctis.

174. *Per uteri procidentiam* veteres huius visceris per pudenda prolapsum intelligunt, cultior autem his nostris in diebus anatomæ docuit herniæ istiusmodi impossibilitatem, nequidem rudi obstericis manus perficiendæ, sed potius sic dictam uteri procidentiam nihil aliud esse, nisi *vaginæ uterina inversionem et prolapsum*.

175. *Prolapsus vaginae uterina* duplici contingit modo, aut enim tota vagina, nimis relaxata instar globi extra genitalia propendet, et in medio foramen exhibet, quod falso, pro uteri orificio interno habetur, aut quedam vaginae rugæ, nimis laxatae, et sanguine vel alii humoribus repletae, sensim et pedetentim extra propendent,

176. Cum signis per se manifestis concurrit in initio dolor quidam tenivus lumborum, hypogaltrii et pudendorum. Partus difficilis, rudit contrœstatio obstericum, prægressæ haemorrhagiae uteri, fluor albus chronicus, ceu totidem cause hic culpantur. Recens cæteroquin affectus haud infreuentur curatur; inveteratus autem, supveniente iam vaginae exulceratione, incurabilis ino funestus est.

177. Therapia duabus inititur indicationibus 1) Membri prolapsi repositione in situm naturalem. 2) Repositæ vaginae consolidatione, per commoda adstringentia. Facta itaque repositione, fomentis roborantibus et adstringentibus, ex fol. et bacc. lauri, herb. tormentil, pilosel, ment. salv. absint, flor. samb., summittat, artemis. in vino rubro, vel aqua ferrariorum coctis, turundæ, cavitati vaginae quad dimensionem respondentes imbuntur, et in vaginam immittuntur. Horum medicamentorum effectum auger diuturnus ægra in lecto decubitus, caveri tamen debet, ne obstipata laboret alvo, quare frequenter clysteres emollientes, et talia e potentibus præberi debent, quæ vias lubricas servando scy-  
balorum generationem præpediunt.

T A N T V M.



200 A 6272

f




TA-OL

Retro ✓



B.I.G.



44

APHORISMOS  
DE  
COGNOSCENDIS ET CVRANDIS  
MVLIERVM MORBIS

A V S P I C E D I V I N O N V M I N E

EX DECRETO

GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

SVB DECANATV

CAROLI AVGUSTI DE BERGEN

MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD. EIVSD. FAC. h. t. DECANI

HEREDITARI IN ROSENGARTEN

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS

LEGITIME IMPETRANDIS

SPECIMINIS IN AVGVRALIS LOCO

SISTIT ABSENS

IOHANNES ANDREAS RICHTER

MOSCOVIO-ZVSATVS

MEDICINAE PRACTICVS DRESDENSIS.

FRANCOFVRTI AD VIADRVM D. XX. SEPT. MDCCLII.



TYPIS IOHANNIS CHRISTIANI WINTERI, ACAD. REG. TYPOGR.

